

APOPHTHE.

G M A T V M

O P V S,

cum

primis frugiferum, uigilanter ab ipso
recognitum autore, è Græco codice
correctis aliquot locis, in quibus inter-
pres Diogenis Laërtii fecellerat.

D. ERASMO ROT.

AVTORE. *Dammato.*

et quædam cum expurgat.

VIRTVTIB DVCE,



COMITI FORTVNA.

*Expurgat
omnino
al expren
gatione de
Cano de
acc...*

APVD SEB. GR

PHIVM LV-

GDVNL

1547.



ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI IUNIORI GV-

lielmo, Duci Cluensi,

Iuliacensi, &c. Des.

Erasmus Rot.

S. D.



QVONIAM priores libellos, quos
mei erga te animi veluti arrabo-
nem qualemcumq; miseram, tam
comiter accepisti Gulielme Prin-
ceps iunior illustrissime: nec tu modo, sed &
ambo clarissimi parentes tuivisum est aliquid
& tua nobilitate dignius, & tuis studijs, nō
fallor, utilius adiungere. Proin ex optimis qui-
busque autoribus collegi, quae Graeci vocant
Apophtegmata, hoc est, egregiè dicta, quod
viderem non aliud argumenti genus principi
praesertim iuveni magis accommodum. Sunt illa
quidem scitu dignissima, quae Philosophi de
moribus, de Republica administranda, de que
bello gerendo lucris prodiderunt. Sed quoto-
cuiq; vel privato tantū est ocū, ut apud platonē
Socraticarū argutationū, ironiarū & isagoga-
rum ambages ac labyrinthos evolvere uacet?
Aristoteles autem copiose quidem scripsit de
moribus, sed Philosophis scripsisse videtur, nō
principi. Dilucidiora sunt, quae tradidit de re
economica & politica, sed is vir nusquam nō
requirit

17

A P O P H T H E
G M A T A, A C L E
P I D E D I
C T A,

Principum, Philosophorum, ac diuersi generis hominum, ex Græcis pariter ac Latinis autoribus selecta, cum interpretatione commoda, dicti argutiam aperiente, per

D. ERASMV
ROT.

A P O P H T H E G M A T A
L A G O N I C A S E C V N
dum ordinem literarum
Græcarum.

L I B E R P R I M V S.
A G A S I C L E S.



LACEDAEMONII quoniam seueriores erant, ac moribus incorruptioribus, belliq; gloriam potissimum spectabant, contemnebant omnes artes, quæ civium animos videbantur emasculare, & à vera virtute ad otiosam ostentationem traducere. Nam